Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Erat quedam abbatissa in
monasterio treuerensi cui
nomen erat modesta. et
hec ab infantia fuerat
domino consecrata. simili
terque et beate uirginis
gerdrudis in amicitia
familiariter miro mo
do sociata. Licet enim
longe ab inuicem essent
disiuncte. presentia et
uisione corporali. animo tamen
et dilectione fuere presentes.
quia equalem baiola
uerunt seruitutis mili
tiam et domino in cordis
sinceritate equaliter
seruierunt sine dolo.
Post multum temporis
contigit quoddam me
morabile. quod ad scientiam
ueram uolo narrando
reuocare. Quadam enim
die cum predicta famu
la dei modesta in mona
sterio suo posita orationis
causa ecclesiam intrasset
seque ante altare beate
marie semper uirginis
in orationem prosterneret
et finita oratione exur
gens conspiceret subi
to eminus uidit in dex
tro latere altaris stan
tem beatam gerdrudem
in habitu ipso quo prius
fuerat usitata. et ait
illi. Soror modesta te
ne certam hanc uisionem
et sine ambiguitate
scias me hodie de habi
taculo carnis absolu
tam. Ego enim sum
gerdrudis quam unice
dilexisti. Et his dictis
ab oculis aspicientis
miro modo disparuit. Il
la autem tacita cogitauit
intra se quidnam esset
uisio. Ex hac uisione
neminem illum sibi indi
cauit. Cum autem crasti